

factum est totum totius oculi. Accipiuntur autem cum scientia et figuris, scilicet Solis et Lunæ. Respicias ad radices cum ramis separatum duplicatas à conjunctione et ligatura duarum auium in cauda, qualiter prohibetur una ab ascensu eius, quæ est sine plumis, propter paucitatem humoris, qui est sulphur rubeum uerum. Et nomina et cognomina excæcauerunt in libris suis, et uidentes bene probauerunt scientias eorum, hoc est tinctum et tingens, quod super quolibet igne durat. Et cū uicinatur igni, est uenenum, quia omne uenenum est in eo, uelut in luminariis, et factum est habens splendorem. Abscisæ sunt ab eo alæ, et pennæ, et est manens, non recedens ad superiora, Anima eius uolat propter similitudinem suam, tunc lucerna cum habente alas ascendit in statu, ascendit ab eo anima eius, et exaltatur ad cœlum, ut est Sol, ut est oriens in Luna crescente, tunc ad ipsum reuertetur et uilescit animari eū, et humiliatur.

Desponsauī ego duo luminaria in actu,